

Haec res magis obligabit animos istorum et gratior atque acceptior multo erit quam aliae omnes. Alia enim, licet sine gratia vestrae sanctitatis haberi non possint, quoniam tamen ex dominiis eorum sunt, propria quodam modo esse videntur. Hoc solum videbitur esse munus et gratia sanctitatis vestrae solius, quae diu felicissime valeat, et cuius 5 clementiae me humiliter commendo.

Datum Venetiis die 29. Iulii 1463.

Eiusdem vestrae sanctitatis
humilis et inutilis servitor
B. Episcopus Thusculanus. 10

54. Bessarion Cardinalis

Iacobo Ammanati
Cardinali Papiensi.

Reverendissime in Christo pater et domine, domine mi singularissime. Post humilem commendationem. 15

Res, propter quam ad hunc senatum missus sum, reverendissime pater, iam quatenus ad primam partem spectat, peracta est; nam cum superioribus diebus declarassent se domini Veneti apertos hostes Turci, heri qui fuit dies XXVIII mensis, publice in eum indictum est bellum; praedicata enim fuit cruciata in platea S. Marci cum summa omnium 20 exspectatione et gaudio, dominio et me praesente cum incredibili populi multitudine. Decimae, trigesimae et vigesimae decretae sunt et iam instituti exactores. Indulgentiae et absolutiones et dispensationes publicatae et omnes modi ad pecunias colligendas edicti.

Reliquum est, ut ad secundam partem veniatur, quibus scilicet 25 modis, quibus auxiliis, quibus intelligentiis, quo tempore, qua via anno

3 haberi *P* habere *Pr* | 4 quodam modo *Pr* quemadmodum *P* | 9 servitor *P* servus *Pr* | 11 *A* *suprascriptio*: . . . Christo patri et domino . . . tituli Sancti Chrysogoni Ro. ecclesiae presbytero Cardinali Papiensi dno (meo) singulari^{mo} | 14—15 et domine . . . commendationem *A P*] *Pr om.*

Ep. 54. Bessarions Aufgabe in Venedig ist in ihrem ersten Teil erledigt; denn am 28. August — das Datum ist irgendwo falsch, entweder hier oder in der unten angegebenen Datierung — wurde der Krieg gegen die Türken öffentlich erklärt. Der zweite Teil steht noch bevor, nämlich die Festlegung der Streitkraft, Zeit und Weg des Unternehmens im kommenden Jahr. Bessarion bittet daher um Instruktionen über weitere Schritte oder seine Rückkehr. — Er berichtet noch über die Tributleistungen der Bewohner von Rhodos an die Türken und über die Unterstützung Skanderbegs durch Venedig. Schließlich bittet er um laufende Nachrichten und empfiehlt den Überbringer des Briefes, der im Dienste des Despoten von S. Maura steht.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 7 (= *A*). — Druckausgaben: L. v. Pastor, Geschichte der Päpste ²II (Freiburg i. B. 1904) 741 f. (= *Pr*). — G. Palmieri: Il Muratori III (Roma 1895) p. 101—103 (= *P*).

futuro in hostes grassandum sit. Suspikor et fere pro certo habeo hunc senatum ad aliquam particularem allocutionem non venturum, nisi primo et, quid in conventu oratorum istic decretum fuerit, intellexerint et Peloponnesiacarum rerum exitum inspexerint et belli Picensis viderint finem. Quod bellum, nescio quam ob causam, non minoris facere videntur quam bellum hoc adeo necessarium in Turcos. Existimant de suo dumtaxat periculo illic agi, maximumque inde rebus suis discrimen imminere, etsi non nunc vivente sanctissimo domino nostro, tamen in futurum. Nec aliter potest eis aliquibus rationibus
10 persuaderi.

Quae cum ita sint, rogo et obsecro reverendissimam dominationem vestram, ut sanctissimo domino nostro supplicetis, quod dignetur de his cogitare et mihi, quid agere debeam, mandare, an mihi redeundum sit, an adhuc manendum, et si manendum, quid mihi ultra agendum
15 sit, me particulariter instruere.

Relatum est mihi nuper a procuratoribus urbis Rhodienses iniisse pacem cum Turco. Non potui fidem adhibere; verum litteras ex Chio nudius tertius accepi a quodam amico, qui prudens est et rerum expertus, quibus inter cetera non sine animi amaritudine scribit id verum
20 esse et, quanta inde Christianis omnibus ignominia, quantum partibus illis detrimentum sequatur, exponit. Solvunt Turco tributum, nomine tamen doni, non tributi, tria milia ducatorum et nunc donarunt ei in muneribus quinque milia. En finis, quem pepererunt tot subsidia sanctissimi domini nostri. En gratitudo Rhodiensium erga summum
25 pontificem.

Hic senatus composuit cum Scardabeo hoc modo. Mittunt ei nunc quattuor milia ducatorum dono pro futuro hieme. Primo vere mittent hinc equites quingentos et pedites totidem. Illinc vero praestabunt ei subsidia hominum suorum circiter decem milia, qui una cum suis Turco
30 bellum inferant. Ioannes Cossa venit huc XXVII praesentis. Nescio, quid aget. Multa et varia de multis rebus mihi referuntur, nonnulla etiam periculosa, quae, quoniam incerta sunt, non scribo. Si quis tamen alius foret, qui ea scriberet sanctissimo domino nostro vel reverendissimae dominationi vestrae, non obsesset. Multis enim et variis cognitis
35 facilius esset bene cogitare.

Supplico reverendissimae dominationi vestrae, ut dignetur saepe ad me scribere et reddere de omnibus certiore, praesertimque de hoc, quod in praesentia petii, mihi primum respondere et mandare meis istic, ut litteras per proprium nuntium ad me mittant. Is, qui vestrae
40 reverendissimae dominationi litteras reddidit, venit ad sanctissimum

2 allocutionem A P collocutionem Pr | 16 procuratoribus] proceribus P prioribus Pr | 30 Ioannes A P Ioannis Pr | 36—524, 6 Supplico . . . facio A P] Pr om.

dominum nostrum pro quodam negotio domini sui despotae de Sancta Maura super quodam episcopatu. Erat etiam pecuniarium subsidium positurus, a quo eum dehortatus sum, dans ei bonam spem de provisione communiter facienda. In negotio episcopatus commendo eum reverendissimae dominationi vestrae, cui etiam me ipsum humiliter commendatum facio. 5

Datum Venetiis 28. Augusti 1463.

Eiusdem vestrae reverendissimae dominationis
humilis servitor

B. Episcopus Tusculanus.

10

55. Bessarion Cardinalis

Iacobo Ammanati

Cardinali Papiensi.

Reverendissime in Christo pater et domine mi singularissime. Hac ipsa hora accepi litteras dominationis vestrae reverendissimae scriptas 15 18. Septembris responsivas ad meas primo eius die scriptas. Regrator reverendissimam dominationem vestram, quod ad omnia mihi accumulatissime satisfecerit. Deus retribuat vobis. De uno mirum in modum doleo et dolui, quod dominatio vestra dicat se et surditate aliqua et dolore stomachi ac continua exspatatione sanguinis vexari. Res, 20 reverendissime domine, periculosae sunt, quarum cura omnibus praeponenda est. Ideo propter non immerito dominatio vestra omnibus postpositis curare debet valetudinem suam. Et Deus vos iuvet et custodiat semper.

Gratum mihi fuit, quod reverendissima dominatio vestra scribit 25 de meo reditu. Dignetur dominatio vestra, cum commode poterit, procurare eum. Si enim haberem, quae agerem pro gloria sanctissimi domini nostri et utilitate christianitatis, starem hic continue in tam praeclarissima urbe, ubi et dignitate et omnium veneratione sto. Sed si non habuero, reditus meus minus inutilis erit. Nunc autem iam hoc 30

8—10 Eiusdem . . . Tusculanus A P] *Pr om.* | 11 A *Suprascriptio*: Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Iacobo tit. S. Grisogoni S. R. E. presbitero cardinali Papiensi dignissimo, domino meo singularissimo.

Ep. 55. Bessarion dankt für ein Antwortschreiben Ammanatis vom 18. September. Wegen der Nachricht von seiner nicht unbedenklichen Erkrankung ist er besorgt. Bessarion denkt an seine Rückkehr; denn die Abmachungen mit Venedig in Sachen des Türkenkrieges haben ihren Abschluß gefunden, nicht weniger die Angelegenheiten der Mark Ancona, die er neben seinem Sonderauftrag übernommen hatte.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10 fol. 10 (9) (= A). — Druckausgabe: G. Palmieri: *Il Muratori* III (Roma 1895) 104 s. (= P).

illustrissimum dominium commisit amplo mandato suo oratori, ut omnia circa intelligentiam cum sua sanctitate et illustrissimo domino duce Burgundiae adimpleat. Itaque amodo istis omnia tractari debent. Et per me hic non sunt aliqua agenda.

5 De rebus Marchiae promitto dominationi vestrae reverendissimae, quod non cepi minorem curam quam de re mihi specialiter commissa, immo maiorem, prout res ipsa ostendit, et Deo laus, quod bonum finem habuit. Sed, reverendissime pater, nequid nimis, cessent omnia amodo pro Deo et attendatur rei christianae. De ceteris conferam latius cum
10 reverendissima dominatione vestra, cum rediero. Cui me commendo humiliter.

Venetiis, 7. Octobris 1463.

Reverendissimae dominationi vestrae
humilis servitor
15 B. Cardinalis Nicaenus
manu propria

56. Bessarion Cardinalis

Pio Secundo

Pontifici Maximo.

20 Sanctissime ac beatissime pater. Post humilem commendationem L 69^v et pedum oscula beatorum.

Quinto Kalendas Novembres per litteras reverendissimi domini L 70 cardinalis Portuensis ac meorum factus sum certior de sancta declaratione tui illius antiqui piissimique propositi, quam nuper sanctitas
25 tua in publico auditorio fecerat, vovens se ineunte aestate pro christiana re publica in Turcos profecturam. Hoc ipsum illustris hic senatus oratoris sui litteris habuit. Haud facile dixerim, uter nostrum magis eo nuntio fuerit permotus. Hoc certe sine mendacio in conspectu Dei
30 possum affirmare nihil me umquam in omni vita mea sensisse iucundius. Movit me primo magnitudo rei omnibus anteactis saeculis in-

7 imo A [21 oscula] obscula L

18 L *Suprascriptio*: Epistola Bessarionis Cardinalis Sabini ad Pium Pontificem Maximum.

Ep. 56. Bericht Bessarions aus Venedig vom 9. November 1463 über die freudige Aufnahme der päpstlichen Beschlüsse bezüglich des Kreuzzugs gegen die Türken, über seine persönlichen Eindrücke von dem Schreiben des Papstes, seine Besprechungen mit dem Dogen (Christoforo Moro) und seine kirchlichen Veranstaltungen. Bemerkenswert für Bessarions Privatleben ist die Angabe über seinen schwächlichen Gesundheitszustand.

Überliefert ist der bisher noch ungedruckte und nirgends beachtete Bericht: Florenz, Bibl. Laur. Plut. 83, Cod. 18, fol. 69 v—74 v (= L).

auditae, movit me ista tua eximia pietas atque divina, cuius exemplum in nemine adhuc vidimus. Praeterquam in eo uno, quem imitaris et cuius locum tenes, movit spes, quam subito de victoria Christianorum
 L 70^v animo concepi. Visus sum enim repente videre solo nuntio tuae profec-
 tionis accepto confusam ac dissipatam hostilem rabiem, Turcorum im- 5
 pium regem captum et ductum ante tuos sacratissimos pedes, patriam
 omni genere laudum olim florentem et virtutis atque optimarum ar-
 tium habitaculum excusso turpissimae servitutis iugo in pristinam liber-
 tatem erectam, fideles victores, impios victos.

Quid plura? Prae gaudio lacrimarum sacrificium Deo obtuli, egi 10
 gratias, quod te salvatorem populi sui suscitasset, quod me nimis diu-
 turnae vitae atque paenitentem ad tua haec praesentia tempora reser-
 vasset. Quid de senatu loquar? Quid de populo Veneto? Omnes ho-
 mines cuiuscumque aetatis, sexus, conditionis, tantae rei magnitudine
 atque excellentia cognita stuporem potius quam admirationem osten- 15
 L 71 derunt, hic animum tuum, ille ingenium, alius pietatem, religionem
 alius, plurimi veram sapientiam ac vitae sanctitatem extollentes et
 summis ac divinis laudibus Pii nomen in caelum usque ferentes. De-
 cretae subito fuerunt a nobis atque inclito senatu dignae Deo suppli-
 cationes, decreta signa laetitiae. 20

Communis sententia erat, ut perendie eius diei, hoc est die Domini
 III. Kalendas Novembres ea solemnitas fieret. Sed ego tunc propter
 tertianam, qua diu fueram detentus et adhuc detinebar, interesse non
 poteram. Agi vero sine me munus adeo gratum atque iucundum gra-
 viter atque moleste ferebam. Statui igitur, ut ad alterum diem Do- 25
 minicum VIII. Idus Novembres hic actus deferretur, tum ut confirma-
 tis, si Deo placeret, et supplicationibus interesse valerem, tum ut in-
 L 71^v terea litterae declarationis ad nos praeferrentur, quas legi eo die in
 conspectu populi cupiebam. Sed neutrum assequi pro voto potui. Nam
 et litterae usque ad eum diem perlatae non sunt, et ego diutius, quam 30
 putaveram, febricula afflictatus sacrificare non potui. Fecit id tamen
 reverendus pontifex Veronensis me atque omni senatu praesente cum
 magno circumstantium praelatorum atque totius populi concursu. Post
 sacrificium publicatum est sanctissimum foedus inter tuam sanctitatem
 et duos inclitos duces nuper ictum, incredibile dictu est, cum quanta 35
 omnium alacritate. Deinde rogationes solemniter actae. Vesperi vero
 et soni et clamores et luminaria et alia signa laetitiae celebrata.

Sequenti die vix orta luce, en nuntius adest cum litteris decla-
 rationis et aliis, quibus ad me tua sanctitas scribebat, ut illustrem
 L 72 principem Venetorum ducem hortarer ad munus hoc profecionis cum 40
 tua sanctitate subeundum. Erant cum his et litterae, quas ipse ad
 ducem scribebas. Coepi illas legere. Tanta autem aviditate et singulari
 quadam laetitia omnes legi, praesertimque longiores illas declarationis,

ut nihil tale umquam fuerim expertus. Nihil enim legi, quod non fuerit plenum laetitiae, plenum spei, plenum consolationis. Legi tamen cum continuis lacrimis, nescio quomodo prae nimia dulcedine ubertim ex oculis profluentibus, ut tot fere fuerint singultus, quot verba.

5 Cuius affectionis partim res ipsa causa fuit, partim splendor ac numen orationis. Illinc enim considerabam te neque studio nec amore nec animo instanti Christianorum necessitati umquam defuisse et, ubi cetera divina consilia defecissent, devovisse te pro populo tuo, posuisse L 72^v animam in discrimine pro filiis tuis, ducatum praebuisse ceteris, qui te
10 sequi vellent, ostendisse fortem, constantem, invictum animum, eximiam tuam pietatem palam omnibus fecisse, etiam iam solo nomine afflictos ac calamitosos Christianorum populos a caligine et tenebris ad lucem, a morte ad vitam, a desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocasse. Hinc vero illud divinum et suave dicendi genus ac maiestate
15 quadam et religione et pietate referta oratio mirifice mihi lacrimas excutiebat. Dicam, quod sentio; nam suspicionem adulationis superat rei magnitudo. Nec praestantius aliquod factum anteacta aetas vidit nec pulchrius dictum, ut vere dici possis et in scribenda faciendo et in facta scribendo omnes superasse.

20 Non potui me parvula mora continere, quin omnia senatui aper- L 73
rirem. Profectus sum ad eos repente. Dedi litteras duci. Quibus lectis ostendi meas. Addidi paucula ad eum hortandum. Admonui etiam senatum, quibus scivi rationibus. Mox antequam quicquam responderent, iussi per Syrcentinum litteras declarationis legi. Augurabar enim id,
25 quod mihi evenerat, illis eventurum. Ita fuit. Dum litterae legerentur, nemo se continere a lacrimis potuit. In fine summam omnes devotionem ostenderunt. Te omnes patrem, te dominum vitae, fortunae, memoriae nominis christiani esse dixerunt. Responsum vero ad petita in alium diem pro more distulerunt. Ita tamen, ut vultu, fronte, oculis optimam
30 mihi spem pollicerentur. Ita ab eis discessimus.

Eodem die collegae habito inter se cum duce consilio, quantum L 73^v
in se esset, obsequendum tuae sanctitati desiderio putaverunt. Mox ipsius ducis sententiam rogavere. Hic, ut est et fide et sapientia praeditus, sanctissime respondit se alias, dum privatus foret, requiri de
35 ea re merito potuisse, quando et acceptare et renuere oblatam provinciam servato officio poterat. Nunc vero se ex voluntate senatus in eo solio positum non esse amplius suae potestatis. Ad eos pertinere, quicquid videretur de se decernere. Paratum <se esse>, quicquid illi statuerint, aequo animo subire. Non esse de aetate sua vel infirmitate corporis
40 rationem habendam. Se enim promptissimo animo, quicquid in se esset et corpore et animo, pro dignitate et gloria reipublicae positurum.

Habito hoc a duce responso res in consilio rogatorum sequenti die agitata et contradicente nemine conclusa est. Verum oportuit ex L 74

lege civitatis, ut tanta res et ad magnum consilium deferretur. Quod hodie factum est, et ex mille quinquaginta senatoribus, qui interfuerunt, nemo inventus est, qui contradixerit. Itaque concedente piissimo Iesu consecuta est tua sanctitas, quod optabat. Habebit iam duos illustrissimos principes, qui elevata ad Dominum in orando brachia 5 sustentent.

Volui haec subito per proprium tabellarium beatitudini tuae nota facere, quod eam sciebam non mediocrem ex hoc consolationem percepturam. Die Dominico confirmatis parumper viribus si Deo placebit, ipse sacrificabo et post missam divinas illas litteras coram populo legi 10 faciam et ducis profectionem cum tua sanctitate publicabo. Faciet
L 74^v Deus Optimus ac Piissimus, ut feliciter in hostes suos profectus cum laude et victoria redeas. Sic enim ex Italia exibis, ut omnes salutis <et> incolumitatis reditum tuum uno ore precentur.

Valeat tua beatitudo feliciter.

15

Datum Venetiis die 9. Novembris <1463>.

Tuae sanctitatis inutilis servus
Bessarion Episcopus Tusculanus.

57. Bessarion Cardinalis

Iacobo Ammanati

Cardinali Papiensi.

A 17 Reverendissime pater et domine. Post humilem comendationem. Si ob id dumtaxat scribendi officio uteremur, quod aliquod exinde commodum aut emolumentum exspectaremus, non sine ratione fieret, ut sublatis causis utilitatis et commodi consuetudo etiam mutuo scri- 25 bendi intermitteretur. Si vero nos hactenus ad scribendum et amandum alter alterum non ratio solum privatorum negotiorum impulerit, sed potius aliqua virtus et vera et solida amicitia, certe nihil est, quod nos a pristina scribendi consuetudine retrahere debeat. Ac si me roget vestra reverendissima dominatio: Cur tu non scribis? scripsissem, nisi 30 vestra reverentia mihi, ne id agerem, iussisset. Hanc habui causam,

19 A *Suprascriptio*: Reverendissimo in Christo patri et domino, d. Iacobo Amanati, S. Chrysogoni presb. card. Papiensi, domino meo singularissimo. | 29 Ac A *Quod edit*.

Ep. 57. Bessarion wünscht den früheren brieflichen Austausch mit Ammanati, in dem vielleicht durch irgendwelche Verstimmung eine Stockung eingetreten war, wieder zu beleben.

Überlieferung: Arch. Vat. Arm. XXXIX tom. 10, fol. 17 (16) (= A). — Druckausgaben: *Epistulae et Commentarii Iacobi Piccolomini Card. Papiensis*. Mediolani 1506, p. 10. — *Iacobi Card. Papiensis Epistulae XXXV* (Im Anhang zu Pii secundi Commentarii a I. Gobellino compositi. Francofurti 1614), p. 479.

quae me a scribendo deterruit, mandatum vestrae reverendissimae dominationis. Vos vero quae tandem causa a scribendo retardavit? Sed sint, ut libet, quae hactenus acta sunt. Posthac curandum, ne amicitiae officium deseratur. En ego, ut aiunt, glaciem frango. Reverendissima dominatio vestra sequatur et me aliquando solitis illis suis suavissimis litteris consoletur. Commendo me dominationi vestrae reverendissimae.

Venetiis 7. Decembris 1463.

Humilis servitor
B. cardinalis Nicaenus
manu propria.

58. Bessarion Cardinalis

Principi

Christophoro Mauro.

15 Licet ex iniuncto nobis legationis officio ea potissimum in animo nostro cura versetur, ut populum christianum Deo magis gratum acceptabilemque reddamus, tamen de salute reliquorum a recto tramite aberrantium saepenumero cogitamus, et tum praesertim, cum ex eorum conversatione aliquid commodi Christianis resultat. Hinc est, quod Romanorum pontificum vestigiis inhaerentes Iudaeos inter Christianos
20 habitare permittimus, ut si voluerint, possint aliquando commode resipiscere; nolentes vero, nullam valeant apud districtum iudicem suae pertinaciae excusationem invenire.

Oblata sane nobis pro parte dominationis et celsitudinis tuae petitio continebat, quod, licet alias antecessores tui et dominatio celsitudoque tua ac communitates, rectores, cives, universitates et officiales terrarum, civitatum et castrorum tuo dominio suppositorum Iudaeos praedictos in dictis civitatibus, castris, terris et locis tenere et cum eis pacisci ac capitula facere consuevissent cum maximo ipsorum
30 hominum et subditorum tuorum commodo ac pro minori dispendio, nihilominus tamen quidam postea dubitantes, an antecessores tui prae-libataque dominatio et celsitudo tua, communitatesque ipsae, rectores, cives, universitates et officiales dictas conventiones pacta et capitula inire potuissent, ea dictis Iudaeis non observare, sed contra capitula
35 privilegia et conventiones, quae de concessione tuae dominationis ante-

12 *Supra criptio*: Bessarion Cardinalis illustrissimo et excellentissimo principi domino Christophoro Mauro.

Ep. 58. Bessarion ordnet bei Gelegenheit seiner Legation mit diesem Schreiben vom 18. Dezember 1463 die Rechtsverhältnisse der Juden im Bereich der Republik Venedig dahin, daß die ihnen früher gewährten Zugeständnisse weiterbestehen sollen.

Überlieferung: Venedig, Archivio dei Frari, Memoriale tom. XV. Druckausgabe: H. Vast, *Le Cardinal Bessarion*. Paris 1878. Appendice IV. p. 457 s.

Mohler, *Kardinal Bessarion*. III.

cessorumque tuorum cum communitatibus, civibus et universitatibus civitatum terrarum et locorum, in quibus habitant, multipliciter vexare, perturbare et gravare coeperunt.

Quocirca dominatio et sublimitas tua frequenti dictarum universitatum civium et civitatum conquestione permota nobis supplicavit, 5 ut super his commoditati populorum tuorum providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo possumus, commodo, tranquillitati et minori dispendio populorum praefatorum providere, dominationis ac celsitudinis tuae in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate, qua fungimur apostolica, et plenaria 10 super hoc facultate suffulti, volumus, statuimus atque decernimus tenore praesentium, quod omnes conventiones, concessiones, capitula, privilegia et pacta eisdem Iudaeis concessa, quae et quas de confirmatione seu consensu dominationis tuae ac antecessorum et successorum tuorum cum civitatibus, civibus et universitatibus provinciarum tuarum, 15 castrorum et locorum praedictorum quomodolibet hactenus inierunt et fecerunt vel in posterum inibunt et facient, observentur et illis libere potiantur, quodque pacifice et quiete cum illis stare, vivere, conversari et traficari libere Iudaei ipsi permittantur. Absolventes harum tenore dominationem et celsitudinem tuam ac omnes et singulos rectores, cives, 20 universitates et officiales provinciarum, terrarum, castrorum et locorum praedictorum, qui et quae propter conventiones, concessiones et pacta, praedicta, quomodolibet excommunicationis vinculo innodatae essent, et ut in posterum similes concessiones et capitula inire possint et sua, tuis eadem auctoritate concedentes, conventionesque et capitula 25 huiusmodi similiter observari mandantes. Iniungentes insuper omnibus, tam clericis quam laicis, cuiuscumque ordinis, status, gradus, conditionis existant, tam praesentibus quam futuris, in virtute sanctae obediendae, quarum in praemissis, seu contra hanc nostram concessionem nullam contrarie praesumant, non obstantibus quibuscumque in 30 contrarium facientibus.

In quorum fidem robur et testimonium praesentes nostras litteras fieri ac nostri consueti sigilli iussimus apparatu muniri.

Datum Venetiis in monasterio S. Georgii maioris, A. D. 1463
XV Kalendas Ianuarias.

35

33 apparatu scripsi apperiscite Ms.

59. Βησσαρίων

Καρδινάλις καὶ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως

Πρὸς τὸν Παιδαγωγὸν τῶν Παίδων τοῦ Θωμᾶ Παλαιολόγου.

Εὐγενέστατε ἄνερ καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων. Ἐδεξάμην καὶ πρότερον καὶ
5 νῦν διὰ τοῦ Ἑρμητιανοῦ γράμματα τῆς εὐγενείας σου, καὶ ἀναμένων, ἵνα
γένηται τις ἀποκατάστασις τῆς τῶν αὐθεντοπούλων προνοίας, οὐκ ἀπεκρίθην

5 Ἑρμητιανοῦ Λ Μ Ἑρμητιανοῦ Ρ | 5 γράμματα ΜΡ γράμμα Λ | 5—6 καὶ
ἀναμένων . . . ἀπεκρίθην σοι. Λ πρὸς α οὐκ ἀπεκρινάμην, ἀναμένων ἵνα γένηται τις
ἀποκατάστασις εἰς τὴν πρόνοιαν τῶν αὐθεντοπούλων Μ Ρ

Ep. 59. Der Brief vom 9. August 1465 richtet sich an den Erzieher der Kinder des Despoten Thomas Palaiologos und ordnet deren Versorgung. Es handelte sich um zwei Söhne: Andreas im Alter von 12 und Manuel im Alter von 10 Jahren, sowie um eine Tochter Zoë, die 1465 auf Geheiß des Fürsten nach Italien gekommen waren, diesen bei ihrer Landung in Ancona aber nicht mehr unter den Lebenden fanden († 13. Mai 1465). Der Papst hatte die Sorge für ihren Unterhalt übernommen. Bessarion nahm die Verteilung der Mittel und die Regelung ihrer Lebensweise in die Hand. Monatlich erhalten sie 300 fl., wovon 200 fl. für ihren Unterhalt und Dienerschaft, 100 fl. für die Vornehmen in ihrer Umgebung bestimmt sind. Der Kardinal hält nicht zurück, von dem Unwillen des Papstes über die viel zu große Dienerschaft der Vertriebenen zu berichten, und bemerkt, daß auch kein Turonensis mehr gewährt werden könne. Der Erzieher Hermetianos und der Arzt Kritobulos haben auf genaue Haushaltführung zu achten. Notwendig ist der Arzt, ein griechischer und lateinischer Lehrer, ein Dolmetscher und schließlich ein, auch zwei lateinische Priester; denn nach Wunsch des Vaters sollen die Prinzen im Sinne der lateinischen Kirche erzogen werden. Eingehende Vorschriften werden erteilt über die Teilnahme am Gottesdienst, Pflege der Umgangsformen mit hoch und nieder. Der Erzieher hat zusammen mit dem Arzt darüber zu wachen. Die gewissenhafte Einhaltung der Vorschriften ist Voraussetzung für ihre finanzielle Unterstützung. Als Aufenthaltsort kommen Rom und Ancona augenblicklich nicht in Frage wegen der herrschenden Seuche. Sie sollen daher bis September oder Oktober in Cingoli (Τζιχολόν) in der Mark Ancona bleiben. Weiterhin werde der Bischof von Osimo (Ὅσμου), zu dessen Diözese dieser Platz gehört, Sorge treffen. Die Namen Τζιχολόν sowie Ὅσμου sind in der alten lateinischen Übersetzung (Migne PG 161, 683 D) irrtümlich mit Sicilia und Como gedeutet worden. Vgl. dagegen E. Legrand: *Revue des études grecques* V (Paris 1892) 108—115; *Byz. Zschr.* I (1892) 354. Dementsprechend ist Bd. I 309 zu verbessern.

Überraschend ist, daß dieser Brief ebenso wie die zwei folgenden in der damaligen Volkssprache geschrieben ist. Vielleicht, daß der fürstlichen Umgebung die Schriftsprache nicht in allweg verständlich gewesen ist. Daß der Brief von Anfang an in der Volkssprache vorlag, besagt nach Lampros dessen Übernahme in dieser Form durch Phrantzes, während dieser selber seinen Ausdruck zu archaisieren suchte. Noch mehr beweist es die unabhängig hiervon erfolgte Überlieferung der beiden anderen Briefe in der Volkssprache.

Der Pädagog und griechische Lehrer Hermetianos ist nach Lampros' Feststellung der Verfasser einiger προσφωνήματα, die sich in der Pariser Nationalbibliothek Cod. gr. 3043 befinden. Der Arzt Kritobulos ist nicht näher bekannt. Über das weitere Schicksal der Prinzen vgl. Bd. I 309 f.

σοι. ἐπειδὴ δὲ νῦν ἐγένετο, πέρας λαβοῦσα ἰδοὺ γράφω αὐτῇ. παραμυθεῖσθαι μὲν ὑμᾶς τε καὶ τοὺς αὐθεντοπούλους διὰ τὴν ἀφόρητον λύπην τοῦ μακαρίτου ἐκείνου καὶ ἀγίου δεσπότη οὐκ ἔστι τοῦ παρόντος καιροῦ· διὸ καὶ παραιτοῦμαι τοῦτο τὰ νῦν.

Γίνωσκε δέ, ὅτι ὁ ἀγιώτατος πάπας διὰ παρακλήσεώς τινων φίλων καὶ 5 οἰκείας καλοθελείας καὶ καλοκάγαθίας ἔταξε νὰ δίδῃ κάθε μῆνα τὰ αὐθεντόπουλα δουκάτα τριακόσια, ὡσπερ ἔδιδε καὶ τῷ ἀγίῳ τῷ δεσπότη καὶ πατρὶ αὐτῶν. θέλει δὲ καὶ ὀρίζει ὁ ἀγιώτατος πάπας, ἵνα τὰ μὲν διακόσια κατὰ μῆνα νὰ εἶναι διὰ τὰ τρία ἀδελφία ἐπίσης ἀνέγγιστα, νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τροφήν ἐκείνων καὶ ἀνθρώπων ὑποχειρίων μικρῶν ἐξ ἧ ἑπτὰ τοῦ καθ' ἑνός 10 καὶ εἰς ἀγορὰν καὶ τροφήν ἀλόγων τεσσάρων τὸ ὀλιγώτερον καὶ εἰς ῥῶγαν τῶν αὐτῶν ὑποχειρίων καὶ εἰς ἐνδύματα τῶν αὐθεντοπούλων, νὰ εἶναι καλὰ ἐνδύματα, καὶ κάπου νὰ περισσεύῃ καὶ τίποτες τὸν καθ' ἕνα διὰ νὰ βοηθηθῶσι κάπου εἰς ἀσθένειάν τους ἢ εἰς ἄλλην ἀνάγκην. καὶ τοῦτο θέλει νὰ γένη ἐξ ἅπαντος καὶ νὰ μὴδὲν γένη ἄλλέως· τὰ δὲ λοιπὰ ἑκατὸν δουκάτα τὸν μῆνα, 15 ἤγουν χίλια καὶ διακόσια τὸν χρόνον, νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τινὰς ἄρχοντας καὶ καλὰ πρόσωπα, ὅπου νὰ εἶναι κοντά των, νὰ τὰ δουλεύουν καὶ νὰ τὰ συντρο-

1 δὲ Λ οὖν M P | 1 πέρας . . . αὐτῇ Λ νῦν καὶ γράφω M P | 2 ὑμᾶς τε Λ καὶ ὑμᾶς M P | 3 καὶ παραιτοῦμαι Λ παραιτήσομαι M P | 5 τινων φίλων Λ φίλων τινων M P | 6 καλοθελείας M P καλοθελίας Λ | 6 καὶ καλοκάγαθίας Λ] M P om. | 6 ἔταξε . . . αὐθεντόπουλα Λ M P ἔταξεν ἵνα δίδωντα κατὰ μῆνα τοῖς αὐθεντοπούλοις | 7 τῷ δεσπότη Λ] M P om. τῷ | 7 καὶ πατρὶ αὐτῶν Λ M P om. | 9 ἀνέγγιστα Λ ἀνέγγιστα M P | 11 ῥῶγαν Λ ῥόγαν M P | 12 ὑποχειρίων Λ] M P add. αὐτῶν | 13 περισσεύῃ Λ περισσεύσῃ M P | 15 μὴδὲν M P μὴ Λ | 16 ἤγουν . . . χρόνον M P] Λ om. | 17 κοντά των Λ μετ' αὐτῶν M P | 17 νὰ τὰ δουλεύουν M P] Λ om. τὰ

Überliefert ist der Brief durch Georgios Phrantzes, der ihn bei der Schilderung der Geschichte des Thomas Palaiologos in sein Chronikon aufgenommen hat. Handschriftlich bietet den Text: München, Cod. gr. 239 (XVI saec. = M), Paris, Suppl. 80 (1771 exarat. = P), dann noch ein Kodex in Lampros' persönlichem Besitz (XVII saec. = Λ), von Lampros als ἄξιον πολλοῦ λόγου gekennzeichnet und deswegen bei seiner Ausgabe, sicher auch mit Recht, bevorzugt. M und P stimmen im Text des Briefes (der des Chronikon bleibt hier außer Frage) in den allermeisten Fällen miteinander überein. Auffällig sind die Abweichungen zwischen beiden gegenüber Λ. Doch lassen sie den Schluß auf zwei verschiedene Redaktionen nicht zu. Ferner macht Lampros namhaft: Mailand, Cod. Ambr. P 24 sup., P 123 sup., Turin B VI 20 (beim Bibliotheksbrand 1904 beschädigt, Rom, Ottobon. 620, und eine Hs in der Bibliothek des Nikolaos Karatza (Νέος Ἑλληνομνήμων V [1908] 19 n. 3).

Druckausgaben liegen vor in der lateinischen Übersetzung von Phrantzes' Chronikon durch Jac. Pontanus, Ingolstadt 1604; im Anhang von Joa. Meursius, Hesychii Opuscula. Lugduni Batavorum 1613, p. 57—64; Χρονικὸν Γεωργίου Φραντζῆ ed. K. Alter. Wien 1796 (nach M); dasselbe im Bonner Corpus ed. J. Bekker. Bonnae 1838, 416, 3—423, 22 (nach P); danach wiederholt bei Migne PG 161, 677—686; schließlich von Sp. P. Lampros: Νέος Ἑλληνομνήμων. V (Athen 1908), 20—28. Vorliegende Wiederholung stützt sich auf Lampros, von dessen Apparat die unwesentlichen Angaben ausgeschieden sind.

φιάζουν καὶ νὰ τὰ φυλάττουν. ἀκούσας δὲ ὁ ἀγιώτατος πάπας τὸ πόσοι εἶναι αὐτοῦ, ὑπερεθαύμασε καταγινώσκων μας, διότι ἐὰν εἰς τὸν μακαρισμένον ἐκεῖνον τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐθαύμαζον, πῶς εἶχεν ἐδῶ τόσους καὶ ἑκατηγόρουν τον, ὅτι εἰς τὴν ξενιτεῖαν νὰ τρέφῃ τόσους μὲ ξένα δουκᾶτα καὶ ξένας 5 ἐλπίδας, πόσω μᾶλλον τώρα, ὅπου ἤλθον καὶ ἄλλοι πλειότεροι, παρὰ ὅπου ἦσαν ἐδῶ, καταγινώσκονται των καὶ κατηγοροῦσίν των, καὶ μάλιστα εἰς αὐθεντόπουλα νέα καὶ ὀρφανᾶ, ὅπου οὔτε ἀξίωμα οὔτε ὄνομα οὔτε φήμην ἔχουσι. καὶ οὐ μόνον καταγινώσκουσίν των, ἀμὴ οὐδὲ βούλονται νὰ ἐξοδιάζωσιν ἕνα 10 τρνέσι πλέον· καὶ ἄμποτε τὸ μᾶς ἔταξαν νὰ τὸ φυλάζωσι τελείως καὶ νὰ μηδὲν μεταβληθῶσιν, ὡς καὶ ἄλλοτε ἐποίησαν.

Διὰ τοῦτο εἶναι χρεῖα νὰ φροντίζῃ ἡ εὐγενεία σου μετὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ Κριτοπούλου τοῦ ἱατροῦ τοῦτο, ὅπου κατὰ τὸ παρὸν ἔχετε τὴν φροντίδα τῶν αὐθεντοπούλων, ἔστ' ἂν στήσωμεν τίς νὰ τὰ διοικῇ ἢ τίς εἶναι ἀναγκαῖος νὰ κρατηθῇ· καὶ μετὰ ταῦτα θέλουσι μερισθῇ μετὰ βουλῆς ἐδικῆς μας εἰς 15 ἐκείνους ὅπου θέλουσιν ἀπομείνει. ἐμένα γοῦν προηγουμένως φαίνεται μοι ὡς ἀναγκαιότατον, ὅπου δὲν ἤμπορεῖ νὰ λείψῃ, πρῶτον ὁ ἱατρός, δεῦτερον ὁ διδάσκαλος Ἑλληγ, τρίτον ὁ διδάσκαλος Λατῖνος, τέταρτον ὁ δραγουμάνος. οὔτοι γοῦν εἰσὶν ἀναγκαιότατοι, καὶ δὲν ἤμπορεῖ νὰ λείψωσιν· ἔτι δὲ καὶ εἰς ἡ δύο παπᾶδες Λατῖνοι εἶναι ἀναγκαιότατοι διὰ νὰ ψάλλωσι λειτουργίαν λατινι- 20 κὴν συνεχῶς. εἶναι γὰρ χρεῖα νὰ ζῶσι τὰ παιδιά λατινικῶς, ὡς ἐβούλετο καὶ ὁ μακαρισμένος ὁ πατήρ των. καὶ οἱ ἄρχοντες ὅπου θέλουσιν εἰσθαι μετ' ἐκείνους εἶναι χρεῖα νὰ προσέχωσιν εἰς τοῦτο, νὰ μηδὲν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὸ μνημόσυνον τοῦ πάπα, ὡσὰν τὸ ἐποίησαν εἰς τὴν στράταν ὅπου ἤρχεσθε· διότι, ἂν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν, εἶναι χρεῖα νὰ φεύγωσι 25 καὶ ἀπὸ τὴν Φραγκίαν· οὐδὲ τινὰς γὰρ θέλει ἄνθρωπον, ὅπου τὸν ὀνομάζει ἄπιστον καὶ αἰρετικὸν καὶ ἀποστρέφεται τον φανερά.

Ἄφ' ὅτου γοῦν τοῦτοι οἱ ἀναγκαῖοι τοὺς οὖς εἶπαμεν νὰ κατασταθῶσι καὶ σταθῇ τὸ μερτικόν των, τότε θέλει εἰσθαι· τοῦτο δὲ θέλω τὸ κυττάξει ἐγὼ ἐδῶ, καὶ θέλω τοὺς καταστήσει, τότε θέλετε ἰδεῖ τὸ ὑπόλοιπον πόσον 30 εἶναι καὶ πόσον ἀπομένει ἀπὸ τὰ ,ας' φλωρία, καὶ τότε ἡ εὐγενεία σας ὄλοι ἀντάμα θέλετε ἀποκαταστήσει τίς νὰ ἀπομείνῃ καὶ τί νὰ ἔχη ὁ καθ' εἰς μετὰ

1 φυλάττουν Λ φυλάττουσιν Μ Ρ | 2 καταγινώσκων Λ καὶ καταγινώσεται Μ Ρ | 2 διότι Λ καὶ γὰρ Μ Ρ | 2 τὸν μακαρισμένον] Μ Ρ *pro* τὸν αὐθέντην | 6 καταγινώσκονται Λ καταγινώσκοντες Μ Ρ | 7 οὔτε (*tr*) Μ Ρ οὐδὲ Λ | 8 των Λ τους Μ Ρ | 8 ἀμὴ Λ ἀλλ' Μ Ρ | 9 ἄμποτε Λ Ρ ἄμποτες Μ | 10 ὡς Λ ὥσπερ Μ Ρ | 10 ἐποίησαν Μ Ρ *trp. ante* καὶ ἄλλοτε | 11 διὰ τοῦτο Λ δι' αὐτὸ Μ Ρ | 11 ἄρχοντος Λ Ρ ἀρχόντου Μ | 13 ἔστ' ἂν στήσωμεν Λ ἐπαναστήσομεν Μ ὥστε νὰ θήσομεν Ρ | 14 μερισθῇ *scripsit Lampfr.* μερισθῆν Μ μερισθεῖ Λ μερισθῇ Ρ | 15 ἀπομείνει Λ ἀπομένει Μ ἀπομείνῃ Ρ | 15 μοι Λ με Μ Ρ | 20 ὡς Λ ὥσπερ Μ Ρ | 21 ὁ πατήρ Λ] Μ Ρ *om.* ὁ | 21 μετ' ἐκείνους Μ Ρ μαζί τους Λ | 22 προσέχωσιν Μ Ρ προσέχονται Λ | 22 μηδὲν Μ Ρ μὴ Λ | 27 οὖς Μ Ρ τοὺς ὁποίους Λ *in marg.* | 28 σταθῇ Λ στηθῇ Μ νὰ σταθῇ Ρ | 28 κυττάξει *corr. Lampfr.* κοιτάξει Λ κοιτάξῃ Ρ καὶ τάξιν Μ | 29 καταστήσει Λ καταστήσει Ρ καταστήσει Μ | 29 ἰδεῖ Λ ἰδεῖν Μ ἰδέτε Ρ | 30 ,ας' Λ Μ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἕξ Ρ | 30—31 ὄλοι . . . ἀπομείνῃ Λ Μ θέλετε ἀποκαταστήσει ὄλοι ἀντάμα τίς νὰ ἀπομένῃ Ρ